



INCIPIT ARGUMENTUM

UCAS SYRUS ANTIOCENSIS  
ARTE MEDICVS DISCIPVLVS

apostolorum. postea paulum secutus. usque ad confessi  
 5 onem eius. seruens dño sine crimine; Nam neq. uxorem  
 umquam habens neque filios. Lxxiii annorum obit  
 in bithinia plenus spũ scõ; Qui cum iam scripta essent euan  
 gelia. per mattheum quidem in iudaea. per martium  
 autem in italia. scõ instigante spũ. in achae partibus  
 10 hoc scripsit euangelium. significans etiam ipse in prin  
 cipio ante alia esse descripta. cui extra ea quae ordo  
 euangelice dispositionis exposcit. ea maximo necessitas  
 laboris fuit. ut primum grecis fidelibus omni prophe  
 tatione / uisibili. uicari. uisionem dñi xpi manifesta huma  
 15 nitas. ne iudaicis fabulis attentis. in solo legis desiderio  
 tenerentur. ne uel hereticis fabulis & stultis sollicitatio  
 nibus seducta excederent a ueritate et laboraret. Dehinc  
 ut in principio euangelii iohannis natiuitate presumppta.  
 cui euangelium scriberet. <sup>indicaret</sup> contestans in se completa esse  
 20 quae essent ab aliis inchoata; Cui ideo post baptismũ  
 filii dñi a perfectione generationis in xpo impletae, repe  
 tende a principio natiuitatis humanae potestas per  
 missa est; ut requirentibus demonstraret. in quo ad pre  
 hendens erat per nathan filium introitum recurrentis

In quo electus scribere  
indicaret.

Koblenz STA Hs. A. VII. I, No 176, fol. 81<sup>r</sup>

Christ. Non. paleoge.

INCIPIT EPISTOLA BEATI HIERONIMI

AD DAMASVM PAPAM.

**B**EATISSIMO PAPAE DAMASO HIERO  
 NIMOUS. Nouum opus me facere cogis ex uetere.  
 5 ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi  
 quidam arbiter sedeam. & quia inter se uariant quasint illa quae  
 cum greca consentiant ueritate decernam. Pius labor. sed spe  
 riculosa p̄sumptio. iudicare de ceteris. ipsum ab omnibus iudi  
 candum. senis mutare lingua. & canescente mundu ad inicia  
 10 retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus  
 cum in manus uolumen assumpsit. & a salua quam semel  
 in bibit uiderit discrepare quod lectitat. non statim erum  
 pat inuocem. me falsarium. me clamans. eē. sacrilegum. qui  
 audeam aliquid in ueteribus libris addere. mutare. corrigere.  
 15 re. Aduersus quam inuidia duplex causa me consolatur.  
 quod & tu qui summus sacerdos es fieri iubes. & uerum non  
 esse quod uariat etiam maledicorum testimonio cōpbat.  
 Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda. re  
 spondeant. quibus tot sunt exemplaria p̄ene. quot iudices.  
 20 sin autem. ueritas est querenda de pluribus. cur non ad gre  
 cam originem reuertentes. ea quae uel auiciosis interpre  
 tibus maledicta uel a presumptoribus impertitis emendata  
 peruersius. uel a libraris dormitantibus. aut addita sunt  
 aut mutata corrigimus. Neq. uero ego de uetere dispu  
 25 to testamento. quod a septuaginta senioribus in graecam  
 linguam uersum. tertio gradu ad nos usq. peruenit

Koblenz StA Hs. A VII I, No. 176, fol. 5<sup>r</sup>

Christ, Non. pal.